



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 29. Induciarum prorogatio ad semestre Gallos inter & Burgundum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. A.C. 1474. rat, easque armorum suorum terrore subactas tamdiu pignoris loco retinere constituit, donec hujus belli sumptus plene sarcitos haberet; harum vero expensarum summam adeo immodicam præfigere intenderat, ut Rupertus Princeps illis solvendis nunquam par esse posset. Postremo demum ambitionis commento sibi promittebat, Coloniensem urbem abs dubio ab exercitu suo tam arte includendam fore, ut brevi ad deditionem compelleretur. His inanibus somniis sibi in animo suo effingebat potentissimam Monarchiam, quæ inter Galliæ atque Germaniæ imperia interjaceret, & a Noviomago in Geldria primo usque ad Ferretanum Comitatum, quem a Sigismundo Austriaco sibi oppignoratam tenebat, ac denique Basileam usque latius procurreret.

§. XXIX.

Induciarum prorogatio ad semestre Gallos inter & Burgundum.

Nil ultra amplissimis Burgundi consiliis obstare videbatur, quam proximus finis induciarum, quas cum Galliarum Rege inierat. Ergo & has ad sex Menses extrahi petit: Cum vero Gallis satis compertum esset, quod Dux pacto cum Anglis foedere Ludovicum XI. aggredi-

ac Regno exuere medigaretur, hinc una-
 nimi voto omnes Regis Consilarii in eam
 abiere sententiam, petitam a Duce indu-
 ciarum prorogationem omnino denegan-
 dam esse. Soli Ludovico displicuit con-
 silium, plurimum. dicebat ille, ad Galli-
 ci Regni emolumentum pertinet, ut Du-
 ci significetur, ejus petita a Gallis non
 sine animi voluptate acceptanda fore: sibi
 enim persuasum habebat Rex, quod Ger-
 mania periculosus adeo esset scopulus, in
 quem Burgundus incautius allidens cer-
 tum pateretur naufragium. Quare in-
 duciis ad sextum mensem protractis Re-
 gis cura præcipue in eo stabat, ut Her-
 manum Hassiæ Principem clam submissis
 Procuratoribus, atque etiam promissis
 auxiliis ad strenuam defensionem incen-
 deret.

Sæcul. XV.
 A.C. 1474.

§. XXX.

*Novesium a Burgundo obsessum, ac
 tandem aditu præclusum.*

Regis vaticinium non fefellit eventus;
 quippe Burgundus Novesium præter
 omnem suam expectationem annona,
 omnique belli apparatu optime instructam
 experiebatur. Jam primis obsidionis
 diebus validissimæ oppugnatorum eru-
 ptiones Duci prænuntiabant, se nun-
 quam urbem, cui Hassiæ Landgravius &
 Her-